Consorti derelinquenda ad succeßores suos sine quovis impedimento, et Contradictione Succeßorum mariti sui totaliter et plenarie devolventur, His suis praesen personalibus requisitis ad praemissa omnia mediantibus.

Wolkowicz Conti Reformat.

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemyslien Gnosus Stanislaus Wolkowicz olim Gnosi Joannis Wolkowicz
1056 cum Gnosa Dorothea Kozula Consorte eius legitima procreatus filius, sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castren Capitaneali Praemysliensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum Succeßoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atque subijciendo palam libere publice ac per expreßum recognovit. Quia ipse Gnosus Evae Brocka Gnosi olim Martini Brocki cum Gnosa olim Zophia Czechowska Consorte eius legitima procreatae filiae, sui vero Recognoscentis Consorti legitimae et ipsius Succeßoribus Summam Duorum Millium florenorum Polonicalium ratione vero dotis, et expeditionis post ipsam acceptae et in domum suam importatae, nec non aliam similem summam Duorum Millium florenorum polonicalium ratione certi, veri, vitti et liquidi dotalitij iure super tota et integra medietate bonorum suorum generaliter omnium haereditariorum, Obligatoriorum, mobilium, et immobilium, summarumque quarumvis pecuniarum, necnon auri argenti, clenodiorum, unionum, margaritarum, Vestium, Vestimentorum, stanni, aeris, Cupri, Orichalci pecorum, pecudum, equorum equitiarum, ac totius supellectilis domesticae nunc habitae et in post habendae, dedit, dotavit, dotalitavit, inscripsit et reformavit, prout dat dotat, dotalitat, inscribit et reformat praesen. Per ipsam Gnosam Evam Brocka sui Recognoscentis Consortem Legitimam se ipsius postero eandem medietatem bonorum suorum generaliter omnium cum quibusvis ipsis utilitatibus et usufructibus Competentijs et praerogativa

tinuaq[ue] eius, tenendi, habendi, et possidendi, illisq[ue] quiete et pacifice utifruendi, ac ad usus suos et suorum Successorum quosuis beneplacitos libere et effectualiter conuertendi, vigore ac more aliarum Reformationum hactenus et etiamnunc in Regno Poloniæ obseruari solitarum.

Szyborski Swiderskim Obligat.

Comparens personaliter coram officio et Actis præsentibus Castren[sibus] Capitan[ealibus] Præmysslien[sibus] Gn[er]osus Vladislaus Szyborski sanus mente et Corpore existens à Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusuis proprijs et Competentibus recedendo præsenti vero Castrensi Capitaneali Præmyslien[si] Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus Realiter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo palam libere publice ac per expressum recognouit Quia ipse suo et Gn[er]osæ Reginæ Szydłowska Consortis suæ legitimæ, pro Cuiq[ue] rati habitione cauet et se præsentibus inscribit nomine, bona Iuribus suis subiecta, nempe Rolą Kowszową poczawszy od Drogi aż do Sanu, nec non alteram partem Rolli Proliopowskiey poczawszy od Zagumnia aż do Lasu cum Edificio in eadem parte sito et Consisten[te], tum Laboriosum Woyciech Mazur dictum hortulanum in bonis villæ Sliwnica Terra et Districtu præsenti Præmysliensi iacen[tibus] et Consisten[tibus], cum omni bonorum eorundem Iure Domineo proprietate titiloq[ue] obligatorio, omnibusq[ue] et singulis eorundem bonorum, utilitatibus fructibus, prouentibus, reddibus, commodis, emolumentis, obuentionibus attinentijsq[ue] et pertinen[tijs] generaliter uniuersis nihil exprœmissis, Iuris, Dominij, proprietatis ac Cuiusuis Competentiæ et prærogatiuæ pro se Recognoscente suisq[ue] successoribus, aut quopiam alio reseruando seu excipiendo, verum ita late Longe circumferentialiterq[ue], prout eadem bona ipsemet Recognoscens tenuit, habuit, et possidebat ipsumq[ue] concernebant, ac eidem legitime seruiebant. Iam exnunc et defacto Nobilibus Ioanni Swiderski et Annæ Gorecka Coniugibus legitimis, et eorum Successoribus in summa Quadringentorum florenorum polonicalium iam per se Recognoscentem leuatam et realiter percepta de qua præsen[tibus] quietatur. hinc et ab actis præsenti[bus] Coniugibus